



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118480

§. 28. Gallorum exercitus assidua pestilentia consumptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66472)

ipſus quoque Andreas Auria, cum de-^{Sæcul. XVI.}
fectionem ſuam occultare hæud. ultra A.C. 1528.
ſollicitus eſſet, propalam, atque in con-
ſpectu totius Gallici exercitus cibaria in
urbem importabat.

§. XXVIII.

*Gallorum exercitus aſſidua peſtilentia
conſumptus.*

Tandem militum ſupplementa, quæ
Lautrecus ſperabat, ac anxiis curis
præſtolabatur, advenerant; verum hæ
ſuppetiæ nonniſi ad mille octingentos
bellatores aſcendebant, quibus inſuper
præſidiarios milites Nolam uſque obvics
mittere oportuit, eo quod tempeſtatum
vi propius accedere prohiberentur, non
ſine fatali Gallorum fato; quippe hæc
præſidiariorum manus a Cæſareis peni-
tus proſtigata fuit, tantoque furore pe-
ſtilentiæ vis tum maxime ſæviebat, ut
ineunte abhinc Mense Auguſto jamjam
ex toto Gallorum exercitu vix tertia
pars ſuper'eſſet. Non equidem deerant,
qui Lautreco perſuadere nitebantur, ut
ad declinandam peſtiferam aeris intem-
periem ſeſe Capuam, aut alibi cum ſuis
reciperet; verum pertinaciſſimæ obſi-
dionis pœnas proprio ſuo exitio dedit.
Hanc vero obfirmati animi ſui cauſſam
allegabat, quod Regi ſcripſiſſet, ſe Nea-
Hist. Eccles. Tom. XXXV F f poli-

Sæcul. XVI
A.C. 1528.

politanos brevi ad deditioem compulsum; hinc jam de honore suo, datæque fidei Religione ageretur. Ast eum nimia promittendi facilitate excessisse, eventus docuit; quippe Gallorum castra primo in valetudinarium, demum vero in mortuorum cæmetrium conversa videbantur, ac Valdemontii Comes, qui solus exercitus Imperio idoneus Lautreco succedere potuisset, ex Nobilibus primus lue infectus periit. Hujus obitum brevi sequebantur Carolus Nothus Navarræ Regis frater, Camillus, Trivultius, pluresque alii generis nobilitate clarissimi. Pari morbo, fatoque Lautrecus succubuit, mortuus nocte inter decimam quintam & decimam sextam media hoc anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octavo.

§. XXIX.

Odeti Fuxi Lautreci Toparchæ obitus.

Enimvero Lautrecus obitu suo demonstrabat, haud immerito ab Hispanis eidem persæpe exprobratum, quod maluerit proprii judicii impetum sequendo deviare, quam aliorum consiliis acquiescendo rectam semitam calcare. Ceterum corpus ejus Neapolin delatum in quadam cella vinaria includebatur, ubi
abs